



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Questio prima. Vtru[m] generatio filij sit prior processione Spiritus sancti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Lib. I, Distinctio XII.

Vtrum sit aliquis ordo inter patrem & filium respectu processus Spiritus sancti. Et diuiditur in tres partes. Primo enim ostendit quod inter patrem & filium in procedendo & Spiritum sanctum non est ordo temporis. Secundo ostendit quod non est ibi ordo pulchritudinis, vel dignitatis. Tertio ostendit quod est ordo naturae & autoritatis. Secunda ibi. nunc tractandum est. Tertia ibi. Dicit famen Augu. in s. lib. Prima diuiditur in duas. Primo mouet distinctionem. Secundo solvit. Secunda ibi. his & huiusmodi quoniambus. Hæc diuisio & sententia Magistri in generali.

2. In speciali vero sic procedit. Et queritur primo vtrum Spiritus sanctus prius procedat a patre quam a filio. Et arguit ad hoc hereticus sic. Aut Spiritus sanctus procedit a patre nato filio, aut non nato, si nato, ergo natura filii præcedit processione. Spiritus sancti quod est inconveniens. Si non nato, ergo ante procedit Spiritus sanctus a patre quam filius nascetur. Postea folget secundum Augustinum dicens quod nullus est ibi ordo temporis vbi omnia sunt aeterna. Nec habet ibi locum quod vtrum nato filio an non nato procedit Spiritus sanctus. Postea ostendit quod non plenus procedit ab uno quia ab alio. Vt isto ponit autoritates per quas videtur pater plus habere in productione Spiritus sancti quam filius, quia quedam autoritates dicunt quod Spiritus sanctus procedit a patre principaliter. Et quia filius attributus patri processione Spiritus sancti in Evangelio, quæ omnia non nominant maiorem dignitatem in patre, sed autoritate in spirando, quæ autoritas in hoc consistit quod filius habet a patre quod potuit ab ipso procedere Spiritus sanctus. Et in hoc terminatur sententia huius distinctionis in speciali.

### QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum generatio filii sit prior processione & spiritu sancti.  
Thos. i. q. 45. ap. 3.

Circa distinctionem istam queritur de tribus. Primum est vtrum generatio filii sit prior processione Spiritus sancti. Secundum est vtrum Spiritus sanctus plenus & perfectus procedat a patre quam a filio. Tertium est vtrum Spiritus sanctus sit a parte mediante filio, an per filium. Ad primum sic procedit. Et videtur quod generatio filii sit prior processione Spiritus sancti: quia sicut est in trin. creatura sic videtur esse in creatura, quia una exemplaria est ab alia, sed in trin. creatura productio verbi natura præcedit productionem amoris, ergo in trinitate creatura productio filii præcedit productionem Spiritus sancti.

2. Item sicut se habet generatum ad spiratum, sic generatio ad spirationem, sed generatio prius est spiratio cum principio eius, ergo generatio præcederet spirationem.

3. IN CONTRARIUM est quod dicitur in symbolo Athanasi quod in trin. nihil prius aut posterioris, nihil maius aut minus.

4. Et arguitur per rationem, quia sicut se habet pater ad filium, sic pater & filius ad Spiritum sanctum. sed pater nullo modo est prior filio, ut probatum fuit supra dictum. ergo nec filius potest esse prior Spiritu sancto, quare nec generatio filii potest esse prior processione Spiritus sancti, quia sicut se habet terminus ad terminum, sic actio ad actionem.

RESPONSO. cum queritur de prioritate generationis filii respectu processus Spiritus sancti, aut queritur de prioritate secundum rem, aut secundum rationem intelligendi. Si de prioritate secundum rem, sic dicit quidam quod inter generationem filii & spirationem Spiritus sancti, est quidem per se ordino originis quo vnu est ab altero, sed non est ibi ordo prioris aut posterioris. Primum probant sic, Spiritus sanctus per se est a genito, ergo spirari per se est a generari, probatio tam antecedens quam consequentia, consequentia patet sic, quando aliqua per se sunt vnum & idem re maximè relata in diuinis quicquid ad originem pertinens dicitur per se de uno & de altero, & ratio est quia origines in diuinis attenduntur secundum relata, & inter relata, sed generari & genitus & spirari & spiratus sunt per se vnum & idem re non solum in absoluto sed in

### & Quæstio I.

re relata, ergo quicquid ad originem pertinens dicitur de genito & spirato per se, vt pote & vnum sit ab altero per se, hoc copet ei quod est generari, & spirari, scilicet quod spirari sit per se a generari realiter loquendo licet quo ad nomen sit impropus modus loquendi propter aliun modum significandi. Quod autem generari & genitus, & spirari & spiritus sunt idem re & per se patet, quia excluso motu ab actione & passione soli respectus remanent a quo aliud & quod ab alio, sed a generatione, & spiratione diuina excluditur ominus motus, ergo remanent soli respectus ita quod generatio activa, & spiratio activa dicunt solum respectum, a quo est aliud per talem, vel per talis modum, generari autem & spirari dicunt respectum solum, vt quod ab alio secundum talem vel talem modum. Sed per respectum originis passus constituitur per se persona quae est terminus originis, ergo generari & spirari passus accepta cum sine soli respectus sunt idem per se cum genito & spirato, & haec fuit minor patet ergo consequentia, scilicet quod si spiritus est per se a genito, quod spirari per se est a generari, quia idem sunt generari & genitus, spirari & spiritus, antecedens pater scilicet quod spiritus sit per se a genito quia de ratione spirari est esse productum a aliquo prius producto, sed illud non potest esse nisi genitus. Cum in diuinis non sit nec esse possit præter spirationem aliqua productio nisi generatio, ergo spiritus est per se a genito, dico autem per se quia licet filius sit a patre spirante productus, hoc tamen accidit modo quo aliquid potest accidere in diuinis quia non est de ratione filii quod producatur a spirante: quia posito per impossibile quod pater non spiraret adhuc tamen intelligeretur vi generans filium, sed in proposito nostro nullo modo intelligeretur aliquid spiratum nisi esset productum a genito & per consequens a generante saltem mediante: propter quod inter spiratum ex una parte & genitum, & generantem ex alia est ordo originis, ergo inter spirari ex una parte & generari & generare ex alia est similes ordo.

5. Istud autem non videtur, scilicet quod spiritus sit per se a genito & generante, quia cuicunque competit quod ab ipso sit spiritus per se, ei copet quod sit spirans per se, sed genito & generanti non competit per se quod sint spirantes, ergo non competit eis per se quod ab ipsius sit spiritus. Major pater quia spiritus in quantum est spiritus non potest esse nisi a spirante in quantum est spirans. Minor pater, quia si genito & generanti competit per se esse spirantes, tunc haec est vera genitum in quantum genitum est spirans, & generans in quantum generans est spirans, quia in propositionibus per se semper potest fieri reduplicatio subiecti, et quod est ibi ratio inherentia prædicati cum subiecto est ut dicendo homo in quantum homo est animal risibile, vel interfictum in quantum interfictum interierit. Et similiiter in proposito debet se maxime, quia aliter non concluderetur intentum, quicquid enim conuenit generanti, vel genito nisi eis conueniat in quantum sunt generans & genitum, sed non potest ex hoc concludi quod conueniat per se generanti, sed ita non videtur vere genitum in quantum genitum est spirans, vel generans in quantum generans est spirans. Quod enim genitum in quantum genitum non sit spirans, pater, quia omne genitum in quantum genitum est productum, ergo nullum genitum in quantum genitum est producens, ergo nec spirans per locum a destructione superioris. Et probatur consequentia, quia licet relatio producentis & producti possint conuenire eidem subiecto respectu diuerorum, tamen una nunquam potest esse alia, nec causa seu ratio alterius. Verbi gratia aqua calefit ab igne, & calefacit manum, ecce ratio producentis & producti in aqua respectu diuerorum, scilicet ignis & manus, sed certe esse caleractum non est esse calefacientem, nec aquam esse calefactam est causa, fuit ratio sibi calefaciendi manum sed eam esse calidam: & quantus non sit calida nisi calefacta ab igne, tamen esse calefacta quod præcise sonat in ratione producti nullo modo est ei ratio per se calefaciendi aliud, quia celsante calefactione & remanente calore certe adhuc potest calefacere, & si aqua haberet calorem excessus & non ab alio calefaceret: eodem modo est in proposito, quia eidem supposito filii conuenit ratio producentis & producti respectu diuerorum, tamen esse productum, vel

### Magistri Durandi de

genitum non est esse producentem vel spirantem, nec esse genitum per se est ei ratio spirandi alterum, sed vis spirativa. Et quanvis hanc non sit in filio nisi per generationem, tamen ipsa generatio per accidens se habet ad spirationem, quia si in filio esset vis spirativa non per generationem habita sicut est in patre, adhuc filius spiraret, non spirat, ergo inquantum genitus.

7 Item nec pater spirat inquantum generans, quia hoc est aut quia generare & spirare sunt idem sicut superius & inferius, & tunc ista verificaretur pater inquantum generans est spirans, sicut ista Sortes inquantum albus est coloratus, aut quia actus generandi est in patri ratio spirandi, sicut calor est ignis ratio calefaciendi. Primum non potest dici quod scilicet spirare sit superior ad generare, licet hoc dicant quidam quod spirare in patre est realiter idem quod generare, & in filio est idem realiter quod generari, ita & spirare in sua communitate acceptum est superioris ad generare & generari. Hoc enim non est verum sicut in fratribus probatur. Et nunc supponitur. Nec secundum potest dici, quia si generare patris est ratio spirandi, cum generare non conueniat filio, aut filius non spiraret, aut in patre & filio non esset idem principium & ratio spirandi, quorum utrumque est falsum, quia & filius spirat, & idem principium & ratio spirandi est in patre & filio, nullo modo ergo generans inquantum generans est spirans, nec genitus inquantum genitus est spirans, vt prius ostensum est, ergo spiratus non est per se a generato, nec a generante inquantum huiusmodi, quare nec spirare est per se a generari. Item impossibile est quod eadem actio secundum numerum sit per pluribus ut pluribus sunt, & vt in nullo conueniant, sed spirare spiritum sanctum est via actionis secundum numerum, generans autem & genitus inquantum huiusmodi sunt plura, & vt plura sunt nec in aliquo uno secundum numerum conueniant inquantum generans & genitus, ergo spirare non est per se a generante nec a genito, vt illi dicunt.

8 Quod concedimus dicentes quod inter generationem filii & spirationem spiritus sancti est quidem ordo originis, sed non per se & directe, sed indirecte & cōcomitatiū & quasi per accidens, eo modo quo per accidens potest reperiri in diuinis. Ad quod secundum notanda sunt tria. Primum est quod nulla actionis dependet ex precedente passione nisi quia terminus passionis est principium actionis. Sic enim aqua calefacta prius calefacta, inquantum calor terminans calefacti aqua est principium calefaciendi alterum. Sic etiam passio dependet a passione vt moueri ipsius grauis dependet a suo generari inquantum forma gravis que est terminus generationis est principium motus sequentis.

9 Secundum est quod principium sequentis actionis potest esse terminus precedenter passionis duplicitate, scilicet per se vel per accidens. Per se sicut calor aquae est terminus calefactionis sua passio. Per accidens vero & cōcomitatiū sicut calefacti aqua est principium calefaciendi alterum. Sic etiam passio dependet a passione vt moueri ipsius grauis dependet a suo generari inquantum forma gravis que est terminus generationis est principium motus sequentis.

10 Tertium est quod passio precedens qua terminatur ad principium actionis sequentis potest esse habere ad ipsum duplicitate, vno modo sicut fieri transiens manente termino, & sic se habet calefacti aqua ad calorem suum (manet enim aqua aliquo tempore calida postquam cessauit calefactio.) Alio modo sicut fieri permanens necessario cum termino, sicut illuminari aeris manet quandiu manet lumen in aere.

11 His suppositis patet quod vbi principium sequentis actionis est solum terminus per accidens precedenter actionis, vel passionis (sicut albedo osis que est per se principium disgregandi est terminus per accidens calefactionis osis) ibi sequens actio est solum per accidens ex precedente actione vel passione: sicut in exemplo de osse disgregatio est solum per accidens ex calefactione. Cuius ratio est, quia sequens actio non est ex precedente actione vel passione nisi propter habitudinem vniuersitatis respectu vtriusque in ratione termini & principii, vbi ergo illud unum quod est medium se habet ad alterum extremorum per accidens tota habitudo extremorum est per accidens inter se, vbi

### Sancto Porciano

verò passio precedens se habet ad terminum suum sicut fieri transiens manente termino ibi sequens actio est ex praecedente actione vel passione solum per accidens. Cuius ratio est, quia effectus in actu requirit causam in actu & maximè effectus qui est in fieri, sed sequens actio quae est actu, est secundum fieri cessante priore passione, sicut aqua calida calefacit manum postquam defuit calefacti, ergo sequens actio non est per se ex precedente actione. Et forte causa est, quia precedens actio vel passio est causa termini solum in fieri, & ille terminus secundum suum est ei causa sequentis actionis propter quod precedens actio vel passio non est causa per se, sed per accidens. Vbi autem illa duo concurrunt, scilicet per principium actionis est per accidens terminus praecedens actionis vel passionis. Et actio vel passio precedens se habet ad terminum suum sicut fieri transiens manente termino, ibi sequens actio est ex precedente actione vel passione per se, maximè si principia praecedentis actionis vel passionis, & sequentis actionis sint ordinatae per se, quod per tanto dicitur quia non est ordinis originis inter actiones & passiones nisi secundum ordinem principiorum, nec est proprius modus loquendi dicere quod actio sit ex actione vel passione secunda quod principium sequentis actionis est a principio precedentis actionis vel passionis.

12 Ex hoc ad propositum, certum est quod filio coenit per se spirare inquantum habet vim spirativam per quam est per se principium spiritus sancti. Hanc autem habet per suum generari, sed ab aliis dubio generatio filii non terminatur per se & directe ad vim spirativam, sed solum concomitatu, quia per generationem cōcomitatu. Per se enim terminatur generatio tanquam ad terminum ad illud solum quod per generationem est productum ingens, & illud est sola relatio spirationis ut dictum futurum distinetur. Filiatio autem nec est vis spirativa, nec in ea per se includitur, ergo principium spirationis non est per se terminus generationis, sed solum concomitatu. Et quasi per accidens. Igitur spiratio non est generari per se & directe, sed quasi per accidens & concomitatu. Item per generationem quartiercum acceptam vis spirativa non habet esse, sed tantum habet esse in filio. Est enim in patre & non per generationem, sed spiratio non est a generatione quartiercum accepta actue vel passiu nisi ratione virtutis spiratus, ergo spiratio non est a generatione nisi prout est in filio, non autem prout est a parte immediate, quia pars non habet vim spirativam per aliquam generationem, ergo spiratio per se & simpliciter non est a generatione, sed solum secundum quid.

13 Quod autem arguitur alii quod de ratione spirati est quod sit ab aliquo prius producitur. Dicendum quod non est verum, sed solum quod sit ab aliquo habente vim spirativam. Nec est de ratione virtutis spiratus quod sit in aliquo producitur, nec de ratione producitur per generationem est per se & directe quod habeat vim spirativam, sed solum concomitatu inquantum generans concomitatu invenit ei esse productum, & haec est filiatio & illud in quo est productum, scilicet essentia, in cuius identitate producitur ut dictum fuit. Et si dicatur quod de ratione spirati est quod procedat per modum voluntatis qui modus supponit aliquod productum per modum intellectus a quo est illud quod procedit per modum voluntatis. Et ita spiratum per se est ab aliquo producitur.

14 Dicendum quod hic est duplex defectus. Primus est quia non est de ratione spirationis quod sit per modum voluntatis. Sed competit ei haec denominatio per habitudinem ad creaturas ex hoc quod supponitur esse a duobus ut prius dictum fuit, unde dummodo spiratio sit a duabus, aut supponat aliquam priorem emanationem qualitercum hoc sit per se vel per accidens semper potest dici per modum voluntatis. Secundus defectus est, quia licet

emac

emanatio per modum voluntatis supponat quandam aliam, tamen non est de ratione producti per modum voluntatis quod sit a producto per priorem emanationem sicut patet in creaturis, ex quo hoc nomen tractum est. (Amor enim quanuis supponat verbum, tamen non est a verbo tanquam a principio producente ipsum.) Et similiter potest dici quod Spiritus supponit aliiquid productum per generationem, sed non probatur quod sit ab illo per se tanquam a principio productuum. Et ideo ratio illa magis aruit ordinem praesuppositionis quam principiations vel originis. Sic ergo patet primum, scilicet qualiter inter generari & spirari est ordo originis.

15 Secundum patet scilicet quod inter generationem & processionem non est ordo prioris & posterioris secundum rem vel vniuersaliter in diuinis, quod probatur sic: Si in diuinis esset ordo prioris & posterioris secundum rem hoc esset comparando absoluta inter se, vel absoluta ad relationem, vel relationes adiucentem. Non primo modo scilicet comparando absoluta inter se, quia in diuinis non est realis pluralitas absolorum, prius autem & posterior secundum rem necessario requirunt realem pluralitatem, quia id est respectu sui ipsius non est prius & posterius, quare &c. Nec secundo modo scilicet comparando absoluta ad relationem, quia vel effet ibi prius & posterius natura vel duratione. Hac enim videntur sufficienter prius, & posterius dividere secundum rem, non natura. Non enim est ibi pluralitas naturarum. Relatio enim non est alia natura ab essentia. Nec duratione, quia quicquid est in diuinis absorbitum vel relatum est aeternum, quare &c. Nec tertio modo videlicet comparando vnam relationem ad aliam, quia vel hoc esset comparando relations oppositas adiucentem vel comparando relations disparatas, non primo modo quia relations oppositas sunt simul omni modo similitudine natura & intellectu, adeo quod contradictione implicata esse vel intelligere vnam alteri. Propter quod satis est intelligibile illud quod aliqui dicunt scilicet quod pater est prior filio non quidem natura vel duratione sed origine, quia filius originatur a patre & non econuerso, hoc enim contradicte ratione, & dicto beati Augustini. Ratione quidem quia vbi producens constituitur in eis personali per suum producere, vel per relationem productus, & productus constituitur in eis personali per suum producere, vel per relationem producere, ibi unum non potest esse prius altero, secundum originem. Sed pater in diuinis constituitur in eis personali per generare, vel per paternitatem que est relatio generantis, & vtrumque est idem. Et filius consimiliter constituitur in eis personali per generari, vel per filiationem que est relatio geniti, ergo pater nullo modo est prior filio per originem, minor de se patet. Sed ma probatur, quia productio neque re neque intellectu potest precedere producere, nec vniuersaliter aliqua origo actiue accepta originem passiuem acceperat, alioquin in illo priori aliquis posset esse & intelligi actu producens & quod nihil produceretur quod est intelligibile, & incoposcibile, quia ergo persona producens possit prius esse persona producta quando natura formaliter constituitur in eis personali per producere & producere, sicut est in creaturis, tamen in diuinis vbi persona constituitur in eis personali per originem, impossibile est illo modo intelligere aliquam prioritatem, maxime originem quae priorititas originis quanvis possit esse inter duas origines passiuem acceptas, vt patet in creaturis, prius enim originator flos quam fructus, tamen talis prioritatis non potest esse inter originem passiuem sumptam, & actiue, neque in Deo, neque in creaturis, quia semper unus sunt re & intellectu, sicut relations eis correspondentes.

16 Item ponere talem prioritatem in diuinis expressè contradicit dicto beati Augu. contra Maximum, quod recitat in lib. senten. distin. 2. vbi dicitur sic, cum dicitur filius a patre genitus non ostenditur inequalitas substancialis sed ordo naturae, non quo alter prior sit altero sed quo alter est ex altero, ecce quod expressè ponit originis ordinem quo alter est ab altero, & quod negat prioritatem originis qua unus sit prior altero, & sic patet quod inter relations oppositas & personas per eas constitutas & sic non est aliqua prioritatis realis.

## &amp; Quæstio. I.

17 De rationibus autem disparatis & realiter differentiis ut sunt paternitas & filiatio ex una parte, & processio & spiratio passiva ex altera, difficultas est probare quod non sit inter eas aliqua prioritas realis seu ex natura rei. Veruntamen ad hoc probandum, potest applicari ratio prius posita de substantia & relatione, quia omnis prioritas realis viderur esse secundum naturam vel secundum durationem, sed una relationum disparatarum non est prior altera natura, quia non sunt diversae nature, nec duratione, quia quelibet est aeterna, ergo &c.

18 Contra rationem istam, & contra conclusiones ad quas adducta est, instatur ab aliquibus. Contra rationem sic, non omnis pluralitas realis requirit differentiam naturae, vel durationis, ergo non omnis prioritas realis. Consequentia tenet per simile, quia non minus requirit pluralitas differentiam quam prioritas. antecedens probatur, quia opposita relationis in diuinis necnon disparata factum filiatio & processio sunt plures res, & tamen non diffidunt natura, quia sunt una natura, nec duratione, quia sunt aeterna, ergo non omnis realis pluralitas requirit pluralitatem naturarum, nec successione durationis, ergo nec realis prioritas hoc requirit. Super hoc tamen fundatur totaliter praedita ratio, ergo male.

19 Contra conclusiones autem instatur sic. Et primo contra primam, probando quod essentia diuina prior est quacunque relatione prioritate naturalis presuppositionis. Et hoc sic, tantum differunt essentia & relatio in diuinis quantum in creaturis, maximè secundum opinionem illorum qui dicunt quod in creaturis fundamentum & relatio non faciunt compositionem sicut nec in diuinis. Vtrosque enim inueniuntur absolutum & relativum, vel relatio & simplicitas ex quibus non est compositione, nec hic, nec ibi, sed in creaturis inter fundamentum & respectum est ordo naturalis presuppositionis non obstante quod non sunt diversae nature facientes compositionem, ergo idem est in diuinis. minor probatur, quia respectus presupponit naturaliter suum fundamentum, fundamentum autem non presupponit respectum.

20 Contra secundam conclusionem instatur sic. Illud quod adiunxit persona diuina iam constituta, supponit illud quod est constitutum personæ & non econuerso: Sed communis spiratio non constituitur aliquam personam, sed adiunxit personæ iam per aliud constitutæ scilicet per paternitatem vel filiationem: ergo ipsa presupponit naturaliter tam paternitatem quam filiationem, & non econuerso, quare ut videtur ipsa est posterior eis naturali præsuppositione. Et confirmatur, quia productum præsupponit producens quod non constituitur per producere, sed pater & filius producunt spiritum sanctum ipsum spirantem, nec constituantur in eis personali per actum spirandi, ergo pater & filius præsupponuntur a spiritu sancto. Hec autem præsuppositio non solum est secundum intellectum sed ex natura rei, ergo.

21 Quicquid sit de ratione illa an valeat an non (difficile enim est efficacem rationem adducere ad ea que tangunt materiam fidei) conclusiones tamè ad quas probandas adducta est possunt rationabiliter sustineri & defendi: nec non & ipsa ratio dicendo quod realis pluralitas & realis prioritas requirunt realem differentiam, sed prioritas super hoc additæ antecedentem ratione cuius non potest inveniri in diuinis, in quibus cum unitate essentie est pluralitas sola relationis originis inter quas si sunt oppositæ nulla est prioritas nec realis, nec secundum intellectum, ut dictum fuit. De disparatis autem patet. idem sic nihil quod sit in filio præcedit quo dcunq; eorum que sunt in patre quia quicquid habet filius habet a patre: pater autem nihil habet a filio, nec a quocunque alio, sed a seipso. Sed spiratio actiua est in patre, ergo filiatio non præcedit ipsam, sed processio seu spiratio passiva simul est omni modo similitudine cum spiratione actiua cum sint relations oppositæ, ergo filiatio nullo modo præcedit secundum rem spirationem passivam seu processione, nec per consequētias paternitas quae simul est cum filiatione: & sic patet quod nulla relatio diuina præcedit realiter aliam, neque oppositam, neque disparatam.

22 A D P R I M A M rationem qua probatur quod essentia prior est relatione secundum ordinem naturalis præsuppo-

### Magistri Durandi de

suppositionis. Dicendum quod non est simile de essentia & relatione in diuinis, & in creaturis quia in creaturis omnis relatio realis connotat vel requirit aliam naturam à natura fundamēti ratione cuius potest esse posterior natura fundamenti sui: Sed in diuinis relatio non requirit nec connotat aliam naturam à natura sui fundamenti ratione cuius posuit esse posterior realiter natura sui fundamenti.

23 Ad secundam rationem que nititur probare quod paternitas & filiatio præsupponit spirationem actum dicendum per interemptionem minoris quod realiter loquendo pater generat filium de sua essentia & in sua essentia communicando ei essentiam suam cum omnium proprietate non opposita filiationi. Et ideo sicut filius non est realiter prius, filius quam habens essentiam diuinam in qua & ex qua genitus est à patre, sic non est realiter prius filius quam habens essentiam diuinam cum spiratione, quia talis est à patre, & talis communicatur ei à patre. Sicut ergo realiter loquendo diuinitas non aduenit filio constituto in esse personali sed est de constitutione eius per quā est Deus sicut pater, & differet ab omni, eo quod non est Deus sicut pater. Si spiratio loquendo realiter non aduenit filio iam constituto in esse personali sed est de constitutione eius, & per eam est spirans ut pater, & differet ab omni non spirante sicut & pater: vnde quanvis pater & filius constituantur in esse personali solum per paternitatem & filiationem prout pater solum distinguuntur a filio & econtra, tamen non prout distinguuntur personaliter à Spiritu sancto, imo de personali constitutione eorum est communis spiratio. Quod ergo dicitur quod communis spiratio non constituit aliquam personam, verum est de unica tantum, sed constituit duas scilicet personam patris & filii quantum ad distinctionem personalem quam habent ad Spiritum sanctum: ita quod pater ut est persona distincta ab omni alia persona diuina non constituitur in esse personali præcisè per solum paternitatem, imo cum ea per spirationem. Et idem est de filio & filiatione, communis spiratione. Et haec est sententia Anselmi de processione Spiritus sancti in fine.

24 Per idem patet responsio ad aliam rationem quod pater & filius ut distincti personaliter à Spiritu sancto constituitur in esse personali per actum spirandi quo producunt Spiritum sanctum, quanvis pater ut præcise distinguuntur a filio constitutur a sola paternitate, & filius ut distinctus solum a patre constitutur a sola filiatione. Et ob hoc pater & filius secundum rationem intelligendi sunt priores Spiritu sancto: qui distinctio eorum inter se non includit spirationem: sed secundum rem patet similitudinem pater & spirans, & filius simili est filius & spirans: nec est ibi realis prioritas aliqua. Si vero queratur de priori & posteriori secundum rationem intelligendi, sic dicendum est quod in diuinis est ordo: prior & posterior secundum rationem comparando absoluta inter se, & essentiam ad relationes & unam relationem disparataam ad aliam & personas per eas constitutas. Constat enim quod in diuinis præintelligimus intellectum voluntati quoniam utrumque est ab solutum: nam sicut in nobis intellectus realiter prior est voluntate: sicut in Deo prior est secundum rationem, quia qualiter ordinem reali habent aliqua vbi differunt realiter, tales ordinem rationis habent vbi differunt solum secundum rationem. Essentia autem diuinis præintelligitur cuiuslibet relationi, quia cum ipsa sit communis omnibus personis, relationes autem non, intellectus eius prior est intellectu relationum. Similiter cum paternitas sit in patre proprietas constitutiva eius, spiratio autem non (sicut ut distinguuntur a filio) quia si ponetur per impossibile quod non sit persona tercia in diuinis, adhuc pater esset pater & non esset spirans, pater quod paternitas præintelligitur in patre spirationis. Et idem de filiatione in filio respectu eiusdem spirationis, & per eandem rationem pater & filius ut sic, præintelliguntur Spiritui sancto.

25 Est tamen hic aduentus quod ordo rationis non ex eodem sumitur inter omnia dicta, quia ordo rationis qui est in diuinis inter absoluam (puta intellectum voluntatem constitutam) non sumitur ab intellectu nisi cōparando Deum ad creaturas in quibus quia talia differunt realiter & unum est realiter prius altero, intellectus concipit

### Sancto Porciano

quod similia differant in Deo saltem secundum rationem. Et quod habeant consimile ordinem rationis, ut alias declaratum fuit, sed differentia & ordo rationis inter essentiam diuinam & relations & inter relations disparatas nec non & personas per eas constitutas non oportet quod sumatur ex aliqua cōparatione diuinorum ad creaturas, quin in ipsis diuinis secundum se & ex natura rei est sufficiens fundamentum cōcipiendi talem ordinem. Ob hanc causam in quidam vocauerunt hunc ordinem, ordinem naturalis præsuppositionis non quod sine ibi diuersa natura quarum una præsupponat aliam, (quia in diuinis non est nisi una natura quae est essentia) sed quia ex sola natura rei non cōparando diuinam naturam creaturis præstatur sufficiens fundamentum quod vnu præconciatur alter: non si est ut de purè abolutis, ut dictū fuit. De relationibus autem oppositis, & de personis per eas constitutis ut sic non est idē iudicium, quia inter talia nullus est ordo prioris aut posterioris etiā secundum intellectum, eo quod talia simul sunt intellectu, quia vnu includuntur in intellectu alterius, ratio enim relatiōrum est esse ad aliud quod est correlatiuum, & sic patet qualis ordo prioris & posterioris secundum intellectum est in diuinis.

26 A D P R I M V M argumentum dicendum quod non oportet sic esse per omnia in trinitate increata sicut est in trinitate creata, quia vna non perfecte representat aliam, imo in pluribus deficit quam assimiletur: propter quod licet in trinitate creata sit prius & posterius secundum rem propter diversitatem naturae: tamen non est sic in trinitate increata in qua est vna natura. Ad secundum dicendum quod generatus ex hoc quod est principium spirati non est pro spirato. Principium enim est ex quo aliud: nec est de ratione principi quod possit ipsum sit aliud: nec duratio, nec natura nisi in quibus principium differet essentialementer a principio quod non est in diuinis.

27 Ad argumentum in oppositum quanvis concludat verum de prioritate secundum rem, tamen de prioritate secundum rationem non est simile de parte ad filium & de virtute ad Spiritum sanctum, quia pater & filius distinguuntur inter se relationibus oppositis quae sunt simili natura, & intellectu, sed pater & filius respectu Spiritus sancti constituantur relationibus disparatis quarum una potest alteri praetendere (ut declaratum fuit) quia prioritas secundum intellectum sumitur sufficiens ex natura rei absque cōparatione ad creaturas, & ob hoc vocata est à quibusdam prioritas naturalis præsuppositionis quanvis aliis videtur & non irrationabiliter quod iste modus loquendi in hac materia sit impropus & nimis extensus.

### Q V E S T I O   S E C U N D A .

Verum Spiritus sanctus perfectius procedat a patre quam à filio.

*Tho. 1. q. 39. ar. 3. ad. 2.*

A D secundum sic proceditur. Et videretur quod Spiritus sanctus pleniū vel perfectius procedat a patre quam à filio, quia propter quod vnu quod est tale & illud magis, sed filius habet a patre quod ab ipso procedat Spiritus sanctus magis procedit a patre.

2 IN CONTRARIUM est, quia vbi est summa aequalitas ibi non potest esse magis vel minus, perfectius vel imperfectius, quia summa aequalitas priuat omnem gradum, sed in diuinis est summa aequalitas, ergo, &c.

3 R E S P O N S I O . Dicenda sunt duo. Primum est quod Spiritus sanctus non procedit pleniū vel perfectius a patre quam à filio. Secundum est quod procedit ex ipso principalius. Primum patet sic, vbi non est intentio & remissio in principio virtute cuius plura producunt vnum, ibi productum non est perfectius aut plenius ab uno quam ab altero, sed principium producenti Spiritus sanctum quod est vis spirativa, non est perfectius aut plenius in patre quam in filio, cum sit in eis vna numero non recipiens intentionem & remissionem, nec ratione essentie: nec propter naturam respectus si respectum includat, ergo Spiritus sanctus non procedit magis vel pleniū a patre quam à filio.

4 Secun-